



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

Annvnciatio B. M. V. 25. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

M A R T. *Vita Sanctorum.* 175
sustinuit, puerulus vix dum menses vi-
ginti novem natus. Matres omnes Tri-
dentinæ illacrimarunt. Porrò nomina
præcipuorum carnificum sunt Moyses,
Samuel, & Tobias, sancta nomina, sed
improbissimi homines. Ex his Tobias,
fortè lusitabundum ad ædes paternas
SIMONEM, & blanditiis captum pul-
lum in domum Samuelis nequam vul-
tur asportavit. Tum verò convolavit
cum Moysè reliquum corvorū agimen:
uvæ, poma, & id genus illecebræ primò
objecta lacrimanti. Tum denudatum
corpusculum & injectum, quod vagi-
tum strangularet, collo strophium. Mox
sceleris auctor Moyses è genis particu-
lam carnis forficibus princeps aufert,
inde alii atque alii succedunt. Idem in
dextrâ tibiâ factitatum. Tum denique
in formam Crucis extensa victima om-
nium stylis ac cultris præda cessit, &
sanguis sitim cruentam restinaturus
cratere exceptus est. Horam carnificina
durarat, cum SIMON è manibus tor-
torum in cælos evasit. Hodie meritò
illi plaudit juventus, ut qui maxima
patientem Christum tantillus nobis
retulit. *Ex Ioan. Matth. Tiber.*

A N N V N C I A T I O B. M. V.
25. Martii.

Hic ille dies est, quo non tam VIR-
GINI, quàm mortalibus omnibus
salutem

salutem Cælum nuntiavit. Nam cùm homini consulere in humanâ imagine DEVS statuisset, eamque in rem jam olim præ omnibus sibi in matrem MARIAM legisset; ad illam legatum Gabrielem misit, qui postulata exponeret, & VIRGINIS Cælitum nomine assensum peteret. Fecit hic imperata, & lætissimum illud AVE lætus MARIAE tulit, aliaque in laudem addidit, quæ Angelum imitantes homines meritò quotidie gaudemus iterare. Sed nunquam pulchrius illa erubuit, quam ad tot laudes suas; mirante nimis honorum suum modestiâ, quâ nemo unquam minus agnoscit dotes suas, nemo minus libenter extolli audit. Itaque aggressus timore adimere beatus Nuntius, matrem fore vaticinatur DEI; inde nomen adjicit filii; sceptra item & regna (omnia æternatura) promittit. MARIA, vel quod quinam virgo partura esset nesciret, vel quod mater sine virginе esse nollet, longe magis hæsitate, & de pudore, quem DEO voverat, anxia, qui id fieri posset, rogare. Mox tamen, ut ille arcanum rei ordinem enarravit, ANCILLAM modestissimè se præfata annuit, & verbum illud expectatissimum, FIAT, pronuntiavit. Tunc HOMO DEVS & DEVS HOMO potuit dici. Tunc VIRGO quod DEVS fecit, & unico verbo, quo hic orbem

R.T.
ùm
ine
n
um
po
ine
&
Æ
ux
itò
in
ad
o
n
e
ue
n
&
L.
ri
ne
a
t,
ox
—
è
x.
D
d
ic
n

26.M.A.R.T. *Vita Sanctorum.* 177
orbem antè creavit, illa recreavit. Ex S.
Luca & Ioan.

S. L V D G E R V S E P. 26. *Martii.*

C Oelo priùs quām lucem aspiceret,
Ccharum esse LVDGERVM appar-
ruit. Palus enim per cadentis matris la-
tus egressus, cūm mortem illatus
utrique crederetur, obstetricis instar
fuit. Vix verba fingere blæsa, vix gres-
sum firmare scivit, cūm magnam in
parvulo indolem studia prodiderunt.
Neq; enim ille, ut amat ea artas, ludi-
cris delectari, sed jam tūm seria agere,
& vel cortices in libros concinnare, vel
lectitanti similis aut scriptitanti asside-
re. Quare compellatus à nutrice, quī
diem transegisset, vel libros, respondit,
scribendo vel legendo scriptos. Iterum
quo magistro usus esset, rogatus, Deo,
subjicit. Talem in familiaritatem suam
Musæ, & in ipsa adyta sapientiæ admi-
serunt, quam ut in alios effunderet, ad
Frisones Saxonesq; contendit: Episco-
pus Monasterii primus Cœnobium
etiam Werdense extruxit, & cūm ne-
mora densa obsisterent, ad hæc exscind-
enda famulis ventis est usus, qui no-
ctu eversis latè arbustis, aream amplam
ædificio pararunt, unâ tantum arbore
relietâ, quaæ precantem LVDGERVM
texerat. Illud etiam memorabile. Ca-
rolum M. cui imprimis charus erat,

M

tertiò